



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 82. Pro obtinenda abeundi facultate Polus Dominici Soti opera usus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

beat, & non sine Ecclesiæ ignominia, Sæcul. XVI.
A. C. 1553.
ac Pontificis contemptu in Germaniæ
centro spectantibus hæreticis subsistere
compellatur, nec non nomine, jussu-
que Christiani Cæsaris tanta injuria af-
ficiatur. Porro cum Polus jam hujus
Imperatoris indolem sibi probe perspe-
ctam haberet, hancque objurgationem
ad mutandum ejus animum satis vali-
dam fore censeret, ad prosperum con-
siliij sui successum opera utebatur cujus-
dam religiosi ex Ordine S. Dominici, qui
Caroli conscientiam moderabatur.

§. LXXXII.

*Pro obtinenda abeundi facultati Polus
Dominici Soti opera usus.*

Erat hic Religiosus Dominicus Soto, Pallav. n. 6.
Ciaccon, l. c.
seu Sotus natione Hispanus, qui
periculoso, ac tædioso hoc munere apud
Cæsarem per plures annos functus, tan-
dem ab aula recedendi facultatem obti-
nerat, ut sese eo liberius impugnandis
novis hæreticorum erroribus totum im-
pendere posset, quam in rem opera uteba-
tur Martini Olavi Doctoris, qui postea
D. Ignatii Societatem ingressus est. De
cetero hos ambos Doctores Cardinalis
Otto Truchsesius Augustanus Episcopus
eo induxerat, ut Dilinganam Universita-
tem nuper ab eo conditam administra-
rent, Sotus acceptis a Polo literis ad
T t 3 ejus-

Sæcul. XVI.
A. C. 1553.

ejusdem preces Bruxellas contendit, tamque vehementi rationum pondere pro Polo Cardinale coram Cæsare peroravit, ut hic eidem Aulam accedendi, ibique usque ad conciliatas Philippi Filii sui cum Maria nuptias commorandi facultatem impertiretur. Dabat Cæsar hanc epistolam ad Polum die vigesima secunda Decembris: verum Angliæ Senatus, regni que Proceres hasce nuptias consensu suo firmare reluctabantur, præcipue vero Communium Curia, quamprimum Reginam Hispaniæ Principi desponsandam intellexerat, uno voce, ac suffragio reclamabat, moxque Oratorem suum unacum viginti suorum præcipuis ad Reginam supplicatum mittebat, ne ulli extero nuberet. Aula ut hunc tumultum sedaret, die sexta Decembris Senatus acta irritabat, & Gardinerus Cancellarius Cæsarem de vehementi Anglorum oppositione adversus hoc connubium certio rem reddebat, datisque literis eidem significabat, quod Regina hasce nuptias missas facere cogeretur, ni Cæsar illam protegeret, atque ex Nobilibus præcipuos, necnon cujuslibet Provinciæ Præfectos ingenti pecuniarum summa sibi conciliare studeret.

§. LXXXIII.